

Explanatio sancti Thome

eorum quod ceperant. quia ut dicit prover. 21. Non est sapientia non est scientia non est consilium contra dominum. Secunda auctoritas sumit ex ps. unde dicit. Et iterum scriptum est. Dominus novit cogitationes sapientium id est secundum sapientiam mundi quoniam varie sunt. quod scilicet non pertingunt ad fines cognitionis humane que est cognitio veritatis divine. Unde dicit sap. 13. Vanus sunt omnes homines in quibus non subest sapientia dei. Deinde cum dicit. Itaque nemo gloriatur in hominibus. Infert conclusionem principaliter intentam scilicet quod non debeant gloriari de ministris dei. et primo concludit propositum ex predictis dicens. Itaque ex quo ministri nihil sunt sed laborant pro mercede. nemo gloriatur in hominibus sicut et in ps. dicit. Nolite confidere in principibus neque in filijs hominum in qui bus non est salus. Et Jerem. 17. Maledictus vir qui confidit in homine etc. Secundo rationem assignat ex dignitate fidelium christi assignans ordinem fidelium in rebus. et primo ponit ordinem rerum ad fideles christi dicens. Omnia vestra sunt quasi dicat. Sicut homo non gloriatur de rebus suis subiectis: ita et vos gloriari non debetis de rebus huius mundi que omnia sunt vobis data a deo secundum illud ps. Omnia subieci sunt pedibus eius. Exponit autem que omnia. inquit que primo ponit ministros christi que sunt divinitus ordinati ad ministeriam fidelium. secundum illud. 2. corin. 4. Nos autem servos vestros pro iesum et hoc est quod dicit. Sive paulus que plantavit. sive apollo que rigavit. sive cephas. i. petrus que est vester pastor omnium christi ut dicit Ioh. ultimo. Post hec ponit res exteriores cum dicit. Sive mundus que est continentia omnium creaturarum que quidem est fidelium christi. eo quod homo pro rebus huius mundi vivat vel quantum ad necessitatem corporalem vel quantum ad cognitionem dei secundum illud sap. 13. A magnitudine speciei et creature etc. Consequenter ponit ea que pertinent ad ipsam hominis dispositionem dicens. Sive vita sive mors que scilicet fidelium christi et vita est utilis in qua meretur et mors pro qua ad premia perveniunt secundum illud Ro. 14. Sive vitium sive moritur etc. Et phil. 1. Mihi vivere christus est et mori lucrum. Ad hec autem duo reducuntur omnia bona vel mala huius mundi quia per bona conservatur vita. per mala pervenit ad mortem. Ultimo ponit que pertinent ad statum hominis presentem vel futurum dicens. Sive presentia. i. res huius vite quibus vivamus ad meritum sue futura que nobis reservantur ad premium. Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus. ut dicitur Heb. ultimo. Omnia inquit vestra sunt id est vestre utilitati deservientia secundum illud Ro. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Sic ergo primum ordo est christi ad fideles. secundus vero fidelium christi ad christum quos ponit subdens: Vos autem christi estis. quia scilicet sua morte redemit Ro. 14. Sive vitium sive moritur domini sumus. Tertius ordo est christi secundum quod homo ad deum. ideo addit. Christus autem secundum quod homo dei est. Unde cum deum et dominum in ps. nominat dicens. Domine deus meus in te speravi. ut nomine dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo quod infra ipsum est: sed de eo quod est supra ipsum ideo non debent fideles christi gloriari de ministris. sed magis ministri de ipsis. 2. corin. 7. Multa mihi fiducia est apud vos. multa mihi gloriatio pro vobis. Sed fideles christi debent gloriari de christo. secundum illud Gal. ultimo. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. sicut christus de patre secundum illud sap. 2. Glorietur se patrem habere deum.

Incipit capitulum quartum.
Lectio prima.

Nos existimet homo ut ministros christi: et dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniat. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicet aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico: nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dominus est. Itaque non lite ante tempus iudicare quoad usque veniat dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum. et mani festabit consilia cordium. et tunc laus erit unicuique a deo.

Superius redarguit apostolus corinthios de hoc quod de quibusdam ministris gloriabantur: hic autem arguit eos quod alios ministros contemnebant. Et circa hoc duo facit. primo arguit eorum culpam. Secundo instat ad eorum correctio nem ibi. Non ut confundam vos. Circa primum duo facit. primo arguit eorum temeritatem qua male de ministris christi iudicabant. Secundo arguit eorum elationem qua christi ministros contemnebant ibi. Hoc autem fratres. Circa primum duo facit. primo ostendit quid sit de ministris christi firmiter sentiendum. Secundo quod non sit de eis temere iudicandum ibi. Hic iam queritur inter dispensatores. Dicit ergo primo. Dixi quod nullus vestrum debet cognoscere de hominibus tamen quilibet vestrum debet cognoscere auctoritatem officii nostri ad quod pertinet quod sumus mediatores inter christum cui servimus. ad quod pertinet quod dicit. Sic nos existimet homo ut ministros christi. Ita. et Sacerdotes dei vocabimini ministri dei nostri dicitur vobis. et inter membra eius que sunt fideles ecclesie: quibus dona christi dispensant. ad quod pertinet quod subditur. Et dispensatores ministeriorum dei id est secretorum eius: que quidem sunt spiritualia eius documenta. secundum illud infra. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria. Vel etiam ecclesiastica sacramenta in quibus divina virtus secretorum operatur salutem. Unde et in forma consecrationis eucharistie dicit. Misterium fidei. Pertinet ergo ad officium presbiteriorum ecclesie quod in gubernatione subditorum soli christo servire desiderent cuius amore oves eius pascunt secundum illud Ioh. ultimo. Si diligis me pascue oves meas. Pertinet etiam ad eos ut divina populo dispensent. secundum illud infra. 6. Dispensatio mihi credita est. et secundum hoc sunt mediatores inter christum et populum. secundum illud deut. 5. Ego sequestrer fui et medius illo tempore inter deum et vos. Hec autem estimatio de presbiteris ecclesie necessaria est ad salutem fidelium. nisi enim eos recognoscerent ministros christi non eis obediret tanquam christo. secundum illud Gal. 4. Sicut angelus dei ex cepistis me sicut iesum christum. Rursum si eos non cognoscerent dispensatores recusatet ab eis dona recipere contra illud quod idem apostolus dicit. 2. cor. 2. Quod donavi si quod donavi propter vos in persona christi. Deinde cum dicit. Hic iam querit inter dispensatores. ostendit circa ministros christi temere iudicari non debere. et circa hoc tria facit. primo ponit quoddam pro quod iudicare satagunt de fidelitate ministrorum. Secundo ostendit de hoc iudicio se non curare sed deo referre ibi. Mihi autem pro minimo est. Tertio concludit prohibitionem temerarij iudicij ibi. Itaque nolite. Circa primum considerandum est quod ministrorum et dispensatorum christi que sunt fideles: quodam infideles. Infideles dispensatores

XIII. ca.

sunt q̄ in dispensandis diuinis ministerijs non intendit vtilitatem populi et honorem xpi et vtilitatem membrorum eius sicut illud Luc. 16. In iniquo mammona fideles non fuistis. Fideles autem qui in omnibus intendunt honorem dei et vtilitatem membrorum eius. sicut illud Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit super familiam suam. Qui autem sint fideles vel infideles diuino iudicio manifestabunt in futuro. Sed corinthios temere volebat discutere. quod dispensatores essent fideles vel infideles. et hoc est quod dicit. Hic hoc est inter vos. Jam. i. in presenti tempore querit. i. discutitur. Et quod. i. aliquis inter dispensatores fidelis inueniatur. Iudicabant enim plures esse infideles vix aliquem virum putantes esse fidelem sicut illud puer. 20. Multi viri misericordes vocantur virum autem fidelis quis inueniet? Deinde cum dicit. Tibi autem pro minimo est. ostendit se hoc iudicium reputare nihil: et circa hoc tria facit. primo ponit quod non curat circa hoc ab alijs iudicari dicens. Tibi autem quod super minimum inter dispensatores pro minimo est. i. minima bona reputo. Et a vobis iudicet se esse fidelis vel infidelis. Et ne putarentur ab apostolo hec dici in eorum contemptum ac si eorum iudicium despiceret quasi vilium personarum sublungit. Aut ab humano intellectu qui est dies hominis sicut illud Job. 11. Aut ambulat in die non offendit quod lucet huius mundi videt. Vel ad Ier. 13. Aut ab humano die. i. ab intellectu in hoc tempore iudicantibus quasi dicat vestrum vel quorumcumque hominum iudicium primum curo. Ier. 17. Diem hominis non desideravi tu scis. Est autem sciendum quod de iudicio hominum dupliciter debet curari. Primo modo quantum ad alios qui ex eorum bono vel edificant vel secularizantur. et sic sancti non pro minimo sed pro magno habent ab hominibus iudicari cum dominus dicat Mat. 5. Videat opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Alio modo quantum ad seipsum. et sic non curant multum quia nec gloriam humanam concupiscunt sicut illud 1. thessal. 2. Neque gloriam ab hominibus querentes neque aliquid a vobis neque ab alijs. Neque opprobrium hominis timet sicut illud Esa. 51. Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne timeatis. Unde apostolus signanter dicit. Tibi autem et id est quantum ad me pertinet. non autem id pro nullo est sed pro minimo quod bona temporalia inter que bona fama computat. non sunt nulla bona sed minima vel ang. dicit in libro de libero arbitrio. Unde 1. sap. 7. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua. Secundo ostendit quod neque seipsum iudicare presumit dicens. Sed neque meipsum iudico. Videt autem hoc esse contra id quod infra. ii. dicitur. Si nosmetipsos diluicarem non vtrius iudicaremur Debet ergo quilibet iudicare seipsum. Sed sciendum est quod iudicio discussionis de quo apostolus ibi loquitur quilibet debet iudicare seipsum sicut illud ps. Exercitabar et scopebas spiritum meum. Et similiter iudicio condemnationis et reprehensionis in manifestis malis sicut illud Job. 13. Arguam coram eo vias meas. sed iudicio absolutionis non debet aliquis presumere se iudicare. vel se innocentem reputet. Unde dicitur Job. 9. Si iustificare me volueris os meum condonabit me. si innocentem considero prauum me comprobabit. Cuius rationem assignat dicens. Nihil mihi conscius sum id est non habeo alicuius peccati mortalis conscientiam sicut illud Job. 27. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sed non in hoc iustificatus sum id est non sufficit ad hoc quod me iustum pronunciem. quod possunt aliqua peccata in me latere que ignoro. sicut illud ps. Delicta que intelligit. Et Job. 9. dicit. Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Tertio concludit cui hoc iudicium referret dicens. Qui autem iudicat me dominus est. i. ad solam deum pertinet iudicare vtrum sim fidelis minister an non. hoc enim

pertinet ad intentionem cordis quam solus deus ponderare potest sicut illud puer. 16. Spiritus ponderator est dominus et Ier. 7. Præuū est cor hominis et inscrutabile. quod cognoscat illud: Ego dominus probans renes et scrutans corda. Deinde cum dicit. Itaque nolite etiam concludit prohibitionem temerarij iudicij. Et circa hoc tria facit. primo prohibet presumere diuinum iudicium dicens. Itaque exemplo meo quod neque meipsum iudico neque ab alijs iudicari curo sed iudicium meum deo referuo: Nolite ante ipsum iudicare quod ut dicit Eccl. 8. Omni negotio tempus est et oportunitas. Quoad usque veniat dominus scilicet ad iudicandum sicut illud. Esa. tertio Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Unde et dominus dicit Mat. 7. Nolite iudicare. Sed hoc intelligendum est de occultis de manifestis autem iudicare commissum est a deo hominibus sicut illud deut. 1. Audite illos et quod iustum est iudicare. Sunt enim aliqua manifesta non solum per euidentiā facti sicut noxia. sed etiam propter confessionem aut testium probationem. Occulta vero deus suo referuat iudicio. Sicut autem occulta nobis que latent in corde vel etiam in abscondito sunt. et de his dicit in ps. Que dicitis in cordibus vestris et in conspectibus vestris compungimini. Unde homo quidem de his est temerarius iudex sicut iudex delegatus quod excedit formam mandati iudicis de causa non sibi commissam. Est ergo temerarius iudicium quam aliquis de dubijs iudicat. Peruersus autem quando falsum iudicium profert et quis non sit iudicandum circa personam puta ut aliquis iudicet malum hominem quod bonus est. tunc multo grauius est ut iudicium profert de rebus ipsius puta si quis diceret virginitatem esse malam et fornicationem bonam. contra quod dicit Esa. 5. Et quod dicitis bonum malum et malum bonum. Secundo describit perfectionem futuri diuini iudicij dicens. Qui scilicet dominus ad iudicandum veniens illius minabit abscondita tenebrarum id est facit esse lucida et manifesta ea que occulte in tenebris facta sunt. et manifestabit consilia cordium. i. omnia corda sicut illud Job. 12. Qui reuelat occulta de tenebris et producit in lucem umbram mortis Et Ier. 17. Scrutabor iherusalem in lucernis. Ad quod quidem est intelligendum tam de bonis quam de malis que non sunt per se ipsam recta sicut illud ps. Beati quorum remissa sunt iniquitates et quorum recta sunt peccata. Tertio ponit fructum quem boni reportabunt de diuino iudicio dicens. Et tunc laus erit vnicuique scilicet bonorum a deo. Que quidem laus vera erit quod deus nec decipi nec decipi potest. Ro. 2. Cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. 2. corin. 10. Non enim quod seipsum commendat ille probatus est sed que deus commendat.

Lectio secunda.

Hec autem fratres transfigurauimus in me et apollo propter vos: ut in vobis discatis: me supra quod scriptum est vnus aduersus alterum in seculo pro alio. Quis enim discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Jam saturati estis. iam diuites facti estis sine nobis regnatis. Et vnam regnetis: ut et nos vobiscum regnemus. Puto enim quod deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos. quod spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter christum vos autem prudentes in christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et

Explanatio sancti Thome

esurimus et sitimus et nudi sumus. et collapsum cedimus et instabiles sumus. et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur et benedicimur. Persecutionem patimur et sustinemus. Blasphemamur et obsecramur. Quasi purgamenta huius mundi facti sumus omnium pipissima usque adhuc.

Postquam apulus reprehendit in corinthiis temeritatem qua ministrorum christi iudicabant: hic arguit eorum elationem qua ministrorum christi contemnebant. Et circa hoc tria facit. primo ponit quod intendit. Secundo rationem assignat tibi. Quis enim te discernit. Tertio eorum contemptum pronice loquens irridet tibi. Jam saturati estis. Circa primum considerandum est quod apostolus supra volens reprehendere contentiones corinthiorum quas habebant ratione ministrorum: versus fuerat nobis bonorum ministrorum christi. sicut supra. i. dixit. An quis vestrum dicit. Ego quidem sum pauli. ego autem apollo. ego vero cephe. et supra tertio videtur sive paulus sive apollo sive cephas. et tunc non gloriabantur de bonis ministris christi nec propter eos diffidebant sed propter pseudo apostolos quos noverat noluit ne videretur ex odio vel invidia contra eos loqui. sed loquendo eorum posuerat nomen suum et aliorum bonorum predicatores. et hoc est quod dicit. Hec autem fratres scitis que dixi de ministris de quibus gloriamini et pro quibus contenditis transfigurati. i. figuratim loquens transfusi in me et apollo. Dicit enim puer. i. Animaduertet parabolas et interpretationem verba sapientum et enigmata eorum. Et hoc propter vos. i. versus utilitatem. 2. corinth. 4. Omnia propter vos. Et in nobis viscatis. ne vnius vestrum inflet. i. supbia aduersus alium primum suum. pro alio scitis pro quocumque ministro christi. Supra quod scriptum est. i. ultra formam vobis in premissis descriptam. Dicit enim sapienter. 4. Dirumpens illos inflatos sine voce. Deinde cum dicit. Quis enim te discernit. assignat rationem que vnius non debeat contra alium inflari. et primo ponit rationem dicens. Quis enim te discernit? Ad potest intelligi dupliciter. Uno modo sic. Quis enim te discernit a massa peccatorum? tu teipsum discernere non potes: unde non habes in te vnum contra alium superbias. Et de hac discretione dicit in psalmo. Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta. Alio modo potest intelligi. Quis te discernit. i. superiorum faciens proximo tuo? quod hoc tu facere non potes. Unde contra eum suppire non debes. Et de hac discretione dicit Eccl. 33. In multitudine discipline domini sepauit eos et inuauit vias illorum. Sed inter homines in quantum sunt fideles christi non est discretio quod ut dicit Ro. 12. Multi vnius corpus sumus in christo. Et act. 15. dicit petrus. Nihil discernit inter nos et illos fide purificans corda eorum. Secundo excludit quandam rationem. Posset enim aliquis discerni vel a bonis vel a malis melior eis existens propter bona que habet puta fidei sapientiam et humilitatem. Sed hoc excludit apulus dicens. Quid autem habes quod non accepisti? quasi dicat nihil. Omnia enim bona sunt a deo secundum illud psalmo. Aperiente te manum tuam omnia implebunt bonitate. Et. 2. psal. 29. Tua sunt omnia. et que de manu tua accepimus reddimus tibi. et ex hoc concludit propositum dicens. Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. ille igitur gloriatur quasi non accipiens quod de seipso gloriatur et non de deo. sicut de quibusdam dicit in psalmo. Qui confidit in virtute sua et in multitudine diuitiarum suarum gloriatur. Et ad hoc pertinet prima species supbie: que scilicet aliquis supbiendo quod habet dicit a seipso habere. iuxta illud psalmo. Labia nostra a nobis sunt. quod noster dominus est: Illi autem gloriatur quasi accipiens quod omnia deo ascribitur gloriatur de ipso sicut supra dicitur est. Qui gloriatur in domino gloriatur. Sic autem

gloriari non est suppire sed humiliari sub deo cui homo debet gloriam secundum illud ecclesi. ultimo. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Deinde cum dicit. Jam saturati estis. irridet eorum supbiam que apostolos christi contemnebant. et primo generaliter. secundo in speciali tibi. Vos stulti sumus etc. Circa primum duo facit. primo irridet in eis quod se nimis presumebant secundo deridet in eis quod apostolos contemnebant tibi. Puto enim quod deus etc. Circa primum duo facit. primo irridet eos de presumptione qua sibi attribuebant quod non habebant. Secundo irridet eos de hoc quod sibi singulariter attribuebant quod singulariter non habebant tibi. Sine nobis regnatis. Attribuebant autem sibi abundantiam bonorum quorum quedam sunt interiora. et quantum ad hoc dicit. Jam saturati estis id est vobis videtur quod saturati estis. i. abundanter refecti spirituali dulcedine de quod dicit in psalmo. Satiabor dum manifestabit gloria tua. Poterat autem eis fidei veritatem dici quod iam saturati estis non plenitudine sed fastidio secundum illud puer. 27. Na satiatata calcabit fauam. Quedam vero bona exteriora et gratia ad hoc dicit. Jam diuites facti estis: sicut vobis videtur. diuitijs spiritualibus de quibus dicit Esa. 33. Diuitie salutaris sapientia et scientia. Simile est quod dicit apoc. 3. Dicitis quia diues sum et locuples valde et nullius ego. Sed contra hoc videtur illud quod supra dixit in principio dicens. Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni scientia etc. Sed videtur est quod supra dixit quantum ad bonos que inter eos erant. hic autem dicit quantum ad presumptuosos que supbiebant de eo quod non habebant. Potest et aliter distingui facietas et diuitie ut saturitas referat ad vsum gratie quo quis spiritualibus fruit. Diuitie autem ad ipsos habitus gratiarum. Secundo cui dicit Sine nobis regnatis. Irridet eos quod sibi singulariter attribuebant quod non habebant. Unde dicit sine nobis regnatis id est ita vobis videtur quod regnum ad vos pertinet non ad nos. Sic enim erant decepti a pseudo apostolo ut crederent se solos habere fidei veritatem que in regno dei consistit. apulum autem et sequaces eius errare. Contra quos dicit Esa. 4. Mundum habitabitis vos soli in medio terre. Et ne videatur apulus ex inuidia hoc dicere sublungit. Etiam regnatis recte. Operatur enim ut veram fidem habeant secundum illud act. 26. Opto omnes que audiunt tales fieri qualis et ego sum ex parte vinculis his. Et ut eis exempla humilitatis prebeat subiungit. Et et nos regnemus vobiscum quasi dicat. Si aliqua excellentiam habetis non dedignamur vos sequi. sicut vos dedignamini nos sequi nos. contra illud quod dicit gal. 4. Ad bonum est emulamini in bono semper. Et est aduertendum quod apostolus hic quattuor species supbie tangit. quarum prima est que aliquis reputat se non habere a deo quod habet quod tangit tangit dicens. Quid gloriaris quod non accepisti? Et hoc etiam potest reduci ad secundam speciem que aliquis existimat propter meritis accepisse. Tertia species est: quod quis iactat se habere quod non habet. et quantum ad hoc dicit. Jam saturati estis: ita diuites facti estis. Quarta species quando aliquis despectis ceteris singulariter vult videri et gratia ad hoc pertinet quod dicit. Sine nobis regnatis. Deinde cum dicit. Puto quod deus etc. irridet eos de hoc quod apostolos christi contemnebant. et primo irrisorie ponit contemptum. secundo causam contemptus tibi. Qui spectaculum facti sumus. Dicit quod primo. Puto dicit quod sine nobis regnatis: puto enim id est vos putare videmini quod deus nos apostolos ostendit non uisissimos cum tunc infra. 12. dicit quod deus in ecclesia posuit primum apostolos. Sic enim implet quod dicit Matthe. 20. Erunt primi nouissimi. et nouissimi primi. Et ponit exemplum. Tanquam mortui destinatos. Illi enim que sunt condemnati ad mortem non uisissimi habent inter homines. utpote quos indignum sit uere. et tales apostoli reputant a mundanis hominibus. secundum illud psalmo. Estimati sumus sicut oves occisionis. Deinde cum dicit. Quia spectaculum assignat causam contemptus

in epistolam I ad Corinthios III.

Circa quod considerandum est q̄ quando aliqui sunt con-
demnati ad mortem educantur hoies ad eorum occisiones
q̄si ad spectaculū et hoc maxime fiebat circa eos q̄ damna-
bant ad bestias. q̄ apostoli erant q̄si morti destinati sub-
iungit: Quia spectaculū facti sum⁹ mūdō. q̄si totus mū-
dus concurrat ad spectandū nostrā occisionē. fm illd ps.
Posuisti nos opprobriū vicinis nostris. exponit autē quid
nomine mundi intelligat cū subdit. Et angelis et homin-
bus sc̄z bonis et malis. Concurrerant em̄ ad eorū specta-
culum boni angeli ad confortandū. mali autē ad impugnā-
dum. boni hoies ad cōpatiendū et exemplū patiēte sumē-
dum. mali hoies ad psequendū et irridendū. ¶ Deinde
cū dicit. Nos stulti et. irridet eos in spectali q̄ aplos con-
temnebant. Et circa hoc duo facit. p̄mo ponit cōtemptū.
secundo causam contemptus ibi. Usq̄ in hanc horā et.
Circa p̄mū iridet eorū cōtemptū quantū ad hoc q̄ sibi ex-
cellentiam aplos defectū attribuebant. et p̄mo quantū ad
pfectionem intellectus: et quantū ad hoc dicit. Nos stulti
sumus ppter xpm̄. i. stulti reputamur: q̄ crucem xpi p̄di-
camus supra. i. Verbum crucis pereuntib⁹ stulticia est. et
etiam q̄ propter xpm̄ opprobria et contentiones sustine-
mus fm illud sap. 5. Nos insensati vitam illorū estimaba-
mus insaniam. Item vt legit act. 26. Festus dixit paulo.
Insanis paulē. multe te lre ad insaniam adducit. Nos fm
vram reputationē estis prudentes in xpo q̄ sc̄z nec crucē
eius publice confiteri audeatis. nec psecutionē sustinetis.
puer. 26. Sapientior sibi videt pigres septem viris loq̄n-
tibus sententias. Secundo q̄tū ad potestātē actionis eorū
dicit. Nos infirmi reputamur sc̄z in exteriorib⁹ ppter af-
flictiones quas sustinemus. 2. corin. 12. Libenter gloria-
bor in infirmitatibus meis. Nos autē sc̄z fm vram reputa-
tionem estis fortes sc̄z in rebus corporalib⁹. q̄ seque vi-
nitis sine tribulatione. Isa. 5. Ne qui potentes estis ad bi-
bendum vinum. et viri fortes ad miscendū ebrietatē. Nos
nobiles. sc̄z fm vram estimationē. i. honore digni: qui
exterius contumelias non patimini. Isa. 19. Filius sapiē-
tiū ego sili⁹ regū antiquorū. Nos autē ignobiles sum⁹ fm
vram et aliorū reputationem q̄ contēptibiles habemur
supra. i. Que contēptibilia sunt mundi et ignobilia ele-
git de⁹. Et tū fm rei veritatē est eōuerso. Soli em̄ contē-
ptibiles illi sunt q̄ deū cōtēnunt. fm illd. 1. Reg. 2. Qui
autē contēnunt me erunt ignobiles. ¶ Deinde cum dicit
Usq̄ in hanc horā et. assignat causam contemptus. et
p̄mo ponit p̄ causa defectum honoz temporalū. Secun-
do mala que in eis intelligebant ibi. 2. Maledicimur et be-
nedicimur. Tercio concludit intentum ibi. Tanq̄ pur-
gamenta. Circa p̄mū duo facit. p̄mo ponit defectum
quē patiebant in rebus necessarijs. Unde ea q̄ p̄tinēt ad
victum dicit. Usq̄ in hanc horā id ē continue a. conuer-
sione nostra vsq̄ in presens temp⁹ esurimus et sitimus. 2.
corin. 11. In fame et siti. Quātū deo ad vestitus subdit. Et
nudi sumus. i. ppter vestimentoz inopiam q̄ etiam in-
terdum expoliant Job. 24. Mudos dimittunt hoies ves-
timenta tollentes quibus non est operimentū in frigore.
Sed contra est qd̄ dicit in ps. Non vidi iustū derelicum
nec semen eius querens panem. Sed dicendum est q̄ ita
patiebant ap̄li q̄ non dereliquebant. q̄ diuina puiden-
tia moderabat in eis et abundantia et inopiam q̄tū eis ex-
pediebat ad virtutis exercitium. Unde et ap̄lus Phil. 3.
Vbiq̄ et in oibus institutus sum et saturari et esurire et abū-
dare et penuriam pati omnia possim in eo q̄ me confortat.
Secundo ponit defectum eorū q̄ p̄tinēt ad bene esse huius
manevite quoz p̄mū ē reuerētia ab hoibus exhibita cōtra
qd̄ dicit. Et collapbis cedimur qd̄ qdem sit magis ad op-
probriū q̄ ad penā. Unde de xpo legit⁹ Mat. 26. Quis
puerunt in faciem suam et collapbis eum ceciderunt. Se-

cundo requirit quies in loco. contra qd̄ dicit. Et instabiles
sumus. Tum q̄ expellebant a psecutoribus de loco in lo-
cum fm illud Mat. 10. Si vos psecuti fuerint in vna ci-
uitate fugite in aliam. Tum etiam q̄ p̄ executione sui of-
ficijs discurrerant vbiq̄ fm illud Jo. 15. Posui vos vt ea-
tis. Tercio requirit ministrantiū auxiliū contra qd̄ dicit
tur. Et laboramus opantes manib⁹ nr̄is. Tum q̄ aliqui
nullus dabat eis vnde possent sustentari. Tū etiam q̄ la-
bore manū suarum victū acq̄rebant. vel ad vitandū fides
liū grauiamē vel ad repellendū pseudo aplos q̄ ppter q̄stū
p̄dicabant. vt habet. 2. corin. 12. Tum etiaz vt darēt oc-
osis laborandi exemplū vt habet. 2. thessal. 5. Unde di-
cit Paulus act. 20. Ad ea q̄ mihi opus erant et his q̄ me-
cum sunt ministrauerit manus iste. ¶ Deinde cum dicit.
Maledicimur et. ponit mala q̄ ap̄li patiebant. Et p̄mo i
verbis cum dicit. maledicimur. i. mala de nobis dicit ho-
mines vel ad detrahendū vel ad cōtumelias inferendū
vel etiam mala in predicando. Jere. 15. Omnes maledi-
cunt mihi. Et benedicimur. i. reddim⁹ bonā p̄ malo fm
illud. 1. ps. 3. Non reddentes maledictū p̄ maledicto
sed econuerso benedicentes. Secundo in factis et quantū
ad hoc dicit. Persecutionem patimur non solum q̄tum
ad hoc q̄ fugamur de loco ad locū qd̄ p̄prie psecutio dicit
tur. sed quantū ad hoc q̄ multipliciter tribulamur. fm il-
lud ps. Multi q̄ psequūt et tribulant me. Et sustinem⁹ in
xpo sc̄z omnia patienter. Eccl. 1. Usq̄ ad temp⁹ sustinebit
patiens. Tercio tangit causam viriūsc̄z cum dicit. Blas-
phemamur id est blasphemie imponūt nobis. dum dicit
mur magi v̄ malefici et reputamur di inimici fm illd Jo.
16. Venit hora vt ois qui interficit vos arbitret obsequiū
se prestare deo. Et Ro. 3. Sic vt blasphemamur vt aiunt
qd̄ dicere: faciam⁹ mala vt veniāt bona. tū obsecram⁹ de-
um p̄ his q̄ nos psequunt et blasphemant fm illd Mat.
5. Orate p̄ psequētib⁹ et calumniantib⁹ vos. ¶ Deinde
cum dicit. Tanq̄ purgamenta et. concludit ex omnibus
premissis eorū contemptū dicens: Et ppter omnia p̄dicta
facti sumus tanq̄ purgamenta huius mūdi. i. reputati su-
mus et a iudeis et a gentilib⁹ vt p̄ nos mundus inquinē.
et p̄p̄ nr̄am occisionē mūd⁹ purget. et tāq̄ sim⁹ p̄p̄sima
oim. Dicit autē p̄p̄sima qd̄ eūq̄ purgamentū. pura vel po-
mi vel ferri vel cuiuscūq̄ alterius rei. Et hoc vsq̄ adhuc
q̄ sc̄z p̄tinē hoc patimur. S; q̄nq̄ deficiet fm illd sap. 5
vbi ex ore impiorū dicit. Vbi sunt quos aliquādo habuim⁹
in verisum et in siltudie im. pp̄ij. Et postea subdit. Quō
ergo computati sunt inter filios dei.

Lectio tertia

Non vt confundam vos hec scribo: s; vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorū habeatis in xpo: sed non multos patres. Nam in xpo iesu p̄ euangeliuz ego vos genui. Ro go s; vos imitatores mei estote sicut et ego xpi. Ideo misi ad vos timotheū qui est fili⁹ meus charissimus et fidelis in dño: q̄ vos cō-
monefaciat vias meas q̄ sunt in xpo iesu sicut vbiq̄ in omni ecclesia doceo. Tanq̄ non venturus sim ad vos: sicut inflati sunt quidā. Veniam autē ad vos cito si dñs voluerit et cognoscam non sermonez eorū qui inflati sunt sed virtutem. Non em̄ in sermone est regnū dei: s; i virtute. Quid vultis? In virga veniā

Explanatio sancti Thome

ad vos: an i charitate et i spu mansuetudinis

Postquam apulus reprehendit corinthios de hoc quod apulos temere iudicabant et presumptuose contemnebant. hic instat ad eorum correctionem et primo admonitionis verbo. Secundo exemplo. ibi. Rogo vos fratres etc. Tertio correctionis flagello ibi. Tanquam non venturus sim ad vos etc. Circa primum tria facit. Primo ponit admonitionis modum dicens. Nec scz que in serie epistole hucusque vobis dixi. Scribo non ut confundam vos. scilicet mala confusione que in desperationem mittit quibus velim vos confundi confusione que peccatum vitat: secundum illud Eccl. 4. Est confusio adducens ad peccatum et est confusio adducens gratiam et gloriam. Sed predicta moneo vos ut filios Eccl. 7. Filii tibi sunt erudi illos et curia illos a pueritia eorum. Secundo ostendit debitum admonendi dicens. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in christo: sed non multos patres. Ubi considerandum est quod pater est qui primo generat. pedagogus autem est qui iam natus nutrit et erudit. Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in christo. Dicit ergo apulus se patrem eorum in christo quod eis primo evangelium predicavit. Unde assignans rationem eius quod dixerat subdit. Nam in christo iesu per evangelium vos genui. Est autem generatio processus ad vitam. homo autem vivit in christo per fidem Gal. 2. Qui autem nunc vivit in carne in fide viuo filij dei. Fides autem ut dicit Ro. 1. est ex auditu auditus autem per verbum. Unde verbum dei est semen quo apulus eos genuit in christo. Unde Jac. 1. Voluntarie nos genuit verbo veritatis. Alios autem dicit pedagogos quod postquam fides receperant eos adiuvant ut intelligat esse eadem comparatio quantum ad predicationem evangelij pedagogorum ad patrem qui supra. 3. posita est rigatoris ad plantatorem et supedicatoris ad fundatorem. Deinde cum dicit. Rogo ergo vos fratres. instat ad corrigendum eos suo exemplo. Et primo hortat eos ad imitandum suum exemplum dicens. Ergo ex quo estis filij cum bonorum filiorum sit imitari patres. rogo vos imitatores mei estote scz ut non temere iudicetis sicut nec ego. quod neque me ipsum iudicare presumo et de vobis humilia sentiat et de alijs mala. Unde non sine causa tali modo loquendi usus est. Nos infirmi. vos fortes. 2. thessal. 3. Et formam nosmetipsos darem vobis ad imitandum. Advertendum est autem quod eosdem quos supra filios nominavit nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in christo quod eos non sibi sed christo genuerat: et quod ipse genitus erat a christo. ex consequenti eos habebat ut fratres et filios. Intantum ergo debebant eum imitari ut patrem in quantum et ipsi se christum imitabant qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahit subditis occasio de adherendo malis exemplis plantatorum. Unde in hoc subdit solum prelatos imitari debent in quo ipsi christum imitant qui est infallibilis regula veritatis. Unde seipsum apostolis in exemplum posuit. Jo. 13. Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci etc. Quod quidem exemplum paulus sequitur secundum illud Job. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. viam eius custodiui et non declinaui ab ea. Secundo remouet excusationes ignorantie dicens. Ideo misi ad vos timotheum qui est filius meus charissimus et fidelis in domino secundum illud phil. 2. de timotheo loquens. Neminem habeo ita unanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Qui vos comonefaciat vias meas. id est vos doceat meos processus id est omnia opera et moneat vos ad ea sequendum secundum illud Jer. 6. Interrogat de semitis antiquis que sit via bona et ambulat in ea. Que quidem viae sunt in christo. et ideo non debetis de dignari eas sequi secundum illud ps. Vias tuas domine demonstra mihi. Et non videat vobis hoc onerosum quod hoc communiter omnibus impono. Unde subdit. Sicut vobis in ecclesia doceo cor. 1. Audistis veritatem evangelij quod puenit ad vos. sicut et in universo mundo. Et hoc quod dicit. Vias meas

referendum est ad opera. Quod dicit. Sicut et vobis ad documenta. Ad hoc enim missus erat timotheus ut induceret eos ad imitanda opera et tenenda apostoli documenta. Deinde cum dicit. Tanquam non venturus sim ad vos cominat eis correctionis flagellum. Et primo ostendit eos esse dignos correctionis flagello dicens. Tanquam non venturus sim ad vos inflati sunt quidam scz vestri quasi non timentes per me de sua superbia convinci et tamen pignis sunt flagellis: nam humiles solis verbis corrigunt. superbi flagellis indigent secundum illud Job. 40. Respice cunctos superbos et confunde eos. Secundo pronunciat eis suum adventum quo veniat ad iudicandum. ubi primo pronunciat aduentum dicens. Venia autem cito ad vos. Et quod dicit. puer. 16. Cor hominis disponit viam suam sed dominus est dirigere gressus eius. Ideo subdit. Si dominus voluerit Jac. 4. Si dominus voluerit et si vixerimus faciemus hoc aut illud. Secundo pronunciat eis suam iudiciariam cognitionem eorum dicens. Et cognoscam scz ordine iudicario secundum illud Job. 29. Causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Non finone eorum qui inflati sunt virtute. quod. Non propter hoc ex mea examinatione appropinquabit quod abundantia virtutis: sed si abundantia in virtute: quod ut dicit. puer. 14. Ubi verba sunt plurima ibi frequenter egestas. Tertio rationem assignat dicens. Non enim in sermone est regnum dei: sed in virtute id est non ideo aliqui principerunt ad regnum dei qui abundantia in sermone secundum illud Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei. Ultio cominat eis correctionis refuas tamen correctos arbitrio eorum dicens. Quid vultis in virga scz discipline veniam ad vos scz castigandos an in charitate id est in offensione amoris et in spiritu mansuetudinis. ut scz nihil durius vobiscum agam. hoc enim pendet in vobis. Nam si vos in via stulticie prima netis oportet me ad vos cum virga venire secundum illud puer. 22. Stulticia colligata est in corde pueri et virga discipline fugabit eam. si vero vos correxeritis ostendam vobis charitatem et mansuetudinem Gal. ultimo. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. hoc autem non dicit quod si in virga veniens non cum charitate veniret cum scriptis sit. puer. 13. Qui perit virge odit filium suum. qui autem diligit illum instanter erudit. sed quod ille qui castigatur virga non sentit interdum dulcedinem charitatis sicut illi quos blande consolatur.

Incipit capitulum quintum. **L**ectio prima. **A**d domino ostendit inter vos fornicatio et talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore: presens autem spiritu iam iudicavi ut prius enim qui sic operatur est in nomine domini nostri iesu christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini iesu tradere huiusmodi hominem sathane in interitum carnis: vi spiritus salvi sit in die domini nostri iesu christi.

Postquam apulus psecutus est ea que pertinent ad baptismi sacramentum: hic incipit psequi ea que pertinent ad matrimonium. et primo arguit peccatum contrarium matrimonio scz fornicatione. Secundo agit de ipso matrimonio ca. 8. ibi De quibus autem scripsistis mihi etc. Circa primum duo facit. primo ponit culpam. scdo redarguit eam ibi. Non est bona gloriatio vestra etc. Circa primum duo facit. primo ponit cul-